

CONCOURS EDHEC 2019

ORAUX LANGUES

LATIN

A large, solid pink triangle pointing towards the bottom right corner of the page.

Make an impact

QUINTE CURCE Histoire d'Alexandre le grand, III, 1

Alexandre et le nœud gordien

Alexandre arrive à Gordium, en Phrygie, et rompt le nœud gordien.

Alexander, urbe in dicionem suam redacta, Jouis templum intrat. Vehiculum quo Gordium, Midæ patrem, uectum esse constabat, aspexit, cultu haud sane a vilioribus vulgatisque usu abhorrens.¹ Notabile erat iugum adstrictum conpluribus nodis in semetipsos implicatis et celantibus nexus. Incoles deinde adfirmantibus editam esse oraculo sortem, Asiae potiturum, qui inexplicabile uinculum soluisset, cupido incessit animo sortis eius explendae. Circa regem erat et Phrygum turba et Macedonum, illa explicatione suspensa, haec sollicita ex temeraria regis fiducia, *En effet, cette suite de nœuds était formée avec tant d'art, que ni l'œil ni l'esprit n'en pouvaient découvrir le commencement ou la fin ; et la résolution hardie de la dénouer risquait, en échouant, d'être tournée en un fâcheux présage.* Ille nequaquam diu luctatus cum latentibus nodis: "Nihil", inquit, "interest quomodo soluantur", gladioque ruptis omnibus loris oraculi sortem uel elusit uel impleuit.

¹ cultu haud sane a vilioribus vulgatisque usu abhorrens : *fort semblable en tout aux plus grossiers qu'on emploie à l'usage ordinaire.*

PHEDRE. Fables, I, 1. Le loup et l'agneau (LV1)

Lupus et Agnus

Ad rivum eundem lupus et agnus uenerant,
 siti compulsi. Superior stabat lupus,
 longaeque inferior agnus. Tunc fauce improba²
 latro³ incitatus iurgii causam intulit;
 'Cur' inquit 'turbulentam fecisti mihi
 aquam bibenti?' Laniger⁴ contra timens
 'Qui possum, quaeso, facere quod quereris, lupe?
 A te decurrit ad meos haustus⁵ liquor'.
 Repulsus ille ueritatis uiribus
 'Ante hos sex menses male' ait 'dixisti mihi'.
 Respondit agnus 'Equidem natus non eram'.
 'Pater hercle tuus' ille inquit 'male dixit mihi';
 atque ita correptum lacerat iniusta nece.
 Haec propter illos scripta est homines fabula
 qui fictis causis innocentes opprimunt.

² Fauce improba : *poussé par sa voracité sans scrupules*

³ Latro : le brigand (désigne ici le loup)

⁴ Laniger : adjectif substantivé : traduire par « *le porte-laine* », c'est-à-dire l'agneau

⁵ Ad meos haustus : *vers l'endroit où je m'abreuve*

SALLUSTE. La conjuration de Catilina , 9 Vertus des anciens romains

[9] Igitur domi militiaeque boni mores colebantur; concordia maxima, minima avaritia erat; ius bonumque apud eos non legibus magis quam natura ualebat. Jurgia,⁶ discordias, simultates⁷ cum hostibus exercebant, cives cum civibus de virtute certabant. In suppliciis deorum magnifici, domi parci, in amicos fideles erant. Duabus his artibus, audacia in bello, ubi pax evenerat aequitate, seque remque publicam curabant. Quarum rerum ego maxima documenta haec habeo, quod in bello saepius vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnaverant quique tardius reuocati proelio excesserant, quam qui signa relinquere aut pulsio loco cedere ausi erant; in pace uero quod beneficiis magis quam metu imperium agitabant et accepta iniuria ignoscere quam persequi malebant.

⁶ Jurgium, ii, n : *la dispute, la querelle*

⁷ Simultas, atis, f : *la rivalité.*

OVIDE Héroïdes, 4 Phèdre à Hippolyte, 1-19.

Les Héroïdes sont un recueil de lettres fictives où Ovide donne la parole à différentes héroïnes de la mythologie

La jeune fille que la Crète a vue naître envoie au fils de l'Amazone le salut qui lui manquera à elle-même, si tu ne le lui donnes. Quelle qu'elle soit, lis ma lettre en entier. Quel mal crains-tu de cette lecture ? Peut-être même trouveras-tu quelque charme à la faire. À l'aide de ces signes, un secret parcourt et la terre et les mers. L'ennemi examine la lettre qu'il a reçue de son ennemi. Trois fois je résolus de m'entretenir avec toi, trois fois s'arrêta ma langue impuissante, trois fois le son vint expirer sur mes lèvres. La pudeur doit, autant qu'il est possible, se mêler à l'amour.

dicere quae puduit, scribere iussit amor.
 quidquid Amor iussit, non est contemnere tutum;
 regnat et in dominos ius habet ille deos.
 ille⁸ mihi primo dubitanti scribere dixit:
 'scribe! dabit uictas ferreus ille⁹ manus.'
 adsit¹⁰ et, ut nostras auido fouet igne medullas,
 figat sic animos in mea uota tuos!¹¹
 Non ego nequitia socialia foedera rumpam;
 fama - uelim quaeras - crimine nostra uacat.
 uenit amor grauius, quo serius - urimur intus;

⁸ Ille : reprend amor.

⁹ Ille ferreus : *cet homme de fer, ce cœur de fer*

¹⁰ Adsit : subjonctif de souhait. s.e. « amor »

¹¹ figat sic animos in mea uota tuos : *qu'il rende aussi ton cœur favorable à mes vœux*

VIRGILE. Enéide, I, 90-101, La tempête

Alors qu'il s'éloigne des rivages troyens, la flotte d'Enée subit une tempête déclenchée par Neptune.

Intonuere poli, et crebris micat ignibus aether,
praesentemque uiris intentant omnia mortem.
Extemplo Aeneae soluuntur frigore membra:
ingemit, et duplicis tendens ad sidera palmas
talibus uoce refert: 'O terque quaterque beati,
quis ante ora patrum Troiae sub moenibus altis
contigit oppetere! O Danaum fortissime gentis
Tydide! Mene Iliacis occumbere campis
non potuisse, tuaque animam hanc effundere dextra,
saeuus ubi Aeacidae telo iacet Hector, ubi ingens
Sarpedon, ubi tot Simois correpta sub undis
scuta uirum galeasque et fortia corpora uoluit?'

VIRGILE Enéide, I, 1, v.1-11

Arma uirumque cano, Troiae qui primus ab oris
Italiam, fato profugus, Lauiniaque uenit
litora, multum ille et terris iactatus et alto
ui superum saeuae memorem Iunonis ob iram;
multa quoque et bello passus, dum conderet urbem,
inferretque deos Latio, genus unde Latinum,
Albanique patres, atque altae moenia Romae.
Musa, mihi causas memora, quo numine laeso,
quidue dolens, regina deum tot uoluere casus
insignem pietate uirum, tot adire labores
impulerit. Tantaene animis caelestibus irae ?

PHEDRE. Fables, I, 1. Le loup et l'agneau

Au bord du même ruisseau étaient venus un loup et un agneau pressés par la soif. En amont se tenait le loup et loin de là, en aval, était l'agneau.

Tunc fauce improba¹
latro² incitatus iurgii causam intulit;
'Cur' inquit 'turbulentam fecisti mihi
aquam bibenti?' Laniger³ contra timens
'Qui possum, quaeso, facere quod quereris, lupe ?
A te decurrit ad meos haustus⁴ liquor'.
Repulsus ille ueritatis uiribus
'Ante hos sex menses male' ait 'dixisti mihi'.
Respondit agnus 'Equidem natus non eram'.
'Pater hercle tuus' ille inquit 'male dixit mihi' ;
atque ita correptum lacerat iniusta nece.

Cette fable est pour certaines gens qui, sous de faux prétextes, accablent les innocents.

¹ Fauce improba : poussé par sa voracité sans scrupules

² Latro : le brigand (désigne ici le loup)

³ Laniger : adjectif substantivé : traduire par « le porte-laine », c'est-à-dire l'agneau

⁴ Ad meos haustus : vers l'endroit où je m'abreuve

OVIDE. Héroïdes, 1, 1-10

Les Héroïdes sont un recueil de lettres fictives où Ovide donne la parole à différentes héroïnes de la mythologie. Ici, c'est Pénélope qui écrit à Ulysse.

I. Penelope Vlixii.

[1,1] Haec tua Penelope lento tibi mittit, Ulixee
nil mihi rescribas attinet⁵: ipse ueni!
Troia iacet certe, Danais inuisa puellis ;
uix Priamus tanti totaque Troia fuit.⁶
o utinam tum, cum Lacedaemona classe petebat,
obrutus insanis⁷ esset adulter aquis!
non ego deserto iacuissem frigida lecto,
nec quererer tardos ire relictas dies;
nec mihi quaerenti spatiosam fallere noctem
[1,10] lassaret uiduas pendula tela⁸ manus

⁵ Nihil mihi adinet (ou attinet) + subj : *il ne m'importe en rien que*

⁶ uix Priamus tanti totaque Troia fuit. : *Priam et Troie tout entière valent à peine tout ce qu'ils me coûtent.*

⁷ Insanus, a, um (ici) : *courroucé, déchainé.*

⁸ Tela, ae, f : *toile* (désigne ici la tapisserie que tisse Pénélope, en attendant le retour d'Ulysse)

SENEQUE. Phèdre, 640-658, L'aveu de Phèdre à Hyppolite

640 **Phèdre** Le feu dévorant de l'amour bouillonne dans mon sein ; mon coeur est en proie à toute la violence de l'amour. Cette ardeur cruelle a pénétré jusqu'au fond de mon sein ; elle consume mes entrailles, elle pénètre dans mes veines, comme la flamme rapide se répand dans un édifice et en dévore toutes les parties.

Hippolyte C'est l'effet du chaste amour dont vous brûlez pour Thésée

Phèdre : sic est : Thesei vultus amo
 illos priores, quos tulit quondam puer,
 cum prima puras barba signaret genas
 monstrique caecam Gnosii uidit domum
 [650] et longa curua fila collegit uia.
 quis tum ille fulsit! presserant uittae comam
 et ora flauus tenera tinguebat pudor;
 inerant lacertis⁹ mollibus fortes tori¹⁰,
 tuaeque Phoebes¹¹ uultus aut Phoebi¹² mei,
 655 tuusue potius - talis, en talis fuit
 cum placuit hosti, sic tulit celsum caput.
 in te magis refulget incomptus decor:

⁹ Lacerti, orum, m, pl : *bras*

¹⁰ Torus, i, m : *muscle*

¹¹ Phoebe, es, f: *Diane*

¹² Phoebus, i, m: *Apollon*

TITE LIVE. Ab urbe condita, I, 7

Querelle fratricide

[1,7] Priori Remo augurium uenisse fertur, sex uultures, iamque nuntiato augurio cum duplex numerus Romulo se ostendisset, utrumque regem sua multitudo consalutauerat: tempore illi praecepto, at hi numero avium regnum trahebant. (1,7,2) Inde cum altercatione congressi certamine irarum ad caedem vertuntur; ibi in turba ictus Remus cecidit. Vulgatior fama est ludibrio fratris Remum novos transiluisse muros ; inde ab irato Romulo, cum verbis quoque increpitans adiecisset "sic deinde, quicumque alius transiliet moenia mea", interfectum. (1,7,3) Ita solus potitus imperio Romulus ; condita urbs conditoris nomine appellat